

## Franckesche Stiftungen zu Halle

### Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis  
Epistolas Commentariivs

**Manuzio, Paolo**

**Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX**

**VD18 90852230**

Epistolae XVIII.

---

#### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

#### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

*Ieiuni]* Humilis animi et infirmi, ut qui debilitantur inedia. contra, *erectum excessumque animum* dicimus.

*Ariobarzanem]* Cappadociae regem. lib. 15. epist. 2 et orat. pro lege Manilia c. 2. Hunc postea C. Cassius, interfecto iam Caesare, au-

xilia sibi et M. Bruto negantem, occidit. Dio lib. 47.

*Per me]* Me consule referente.

*Ariobarzanis]* Quem a Mithridate Cappadocia pulsus Sulla restituit. Appianus in Mithridatico, Plutarchus in Sulla. Hunc per infidias interfectum Cicero significat lib. 15. epist. 2.

## EPISTOLAE XVIII.

## ARGUMENTUM.

Laetitia suam exponit, quod ei grata esse intelligat officia sua: laudat eius in administranda provincia clementiam et integritatem: suadet, ut decedens praeficiat provinciae quaestorem potius, quam legatos. L. Paullo C. Marcello cess.

## EXPLANATIO.

**Q** *Thermo]* Q. Minucio Thermo, qui post praeturam Asiam administrabat. Vide lib. 13. epist. 53. 54. 55. 56. 57. et lib. 5. ad Attic. epist. 13, 20.

*Propraetori]* Potuit et praetor appellari. nam lib. 5. ad Attic. epist. 13. *Graeci*, inquit, *quasi Ephesio praetori, se alacres obtulerunt.* Et omnino qui provinciis praecessent, siue consulatu, siue praetura functi, praetores interdum vocabantur: ut epistola proxima, proconsul Bibulus cum esset, praetor dictus est.

*Homini gratissimo]* Ne videatur noua re gaudere, laudat eum ab ante acta vita: quasi dicat: etsi nihil a tua consuetudine alienum expectaui, tamen, grata tibi esse studia mea, vehementer gaudeo.

*Integritate et clementia]* Cum ex iis, qui provincias regerent, paucissimi auaritiae et crudelitatis crimine vacarent.

*Nihil addi posse]* Correctio prolixae sententiae; quia dixit: *mibi scito in dies maiori curae esse dignitatem tuam.* non indiget, inquit, aliena opera dignitas tua: tamen ea mihi curae est. Hac prudentiae laude Cicero excellit, ut in scribendo, quasi scopulum, vitet arrogantiam. quod indicare operae pretium existimo; ne, dum verborum elegantiam sequimur, peccemus in sententiis. laude enim in Thermum collata, excusauit non modo superiora, verum etiam ea, quae infra sequuntur.

*De rationibus tuis]* De eo, quod ad te pertinet. lib. 1. epist. 9. *Quaerationibus reipublicae putem conducere.* Et lib. 5. epist. 2. *Mea rationes ita tulerunt.* Et lib. 3. epist. 2. *Prospicias consulas rationibus meis.*

*Graues suscepturum]* Animad-vertenda translatio: unde ductum, *inimicitias deponere.*

*Adolescens]* Quaestor.

*Ignomi.*

*Ignominia*] Si provinciae non praepōnatur, cum decedes. nam quaestor legatos honoris gradu superabat. quod confirmatur epist. 15. in eo loco: *Noque erat superiore honore usus, quem praeficerem.*

*Superiorem*] Honore enim legati a quaestore superantur, itaque Philip. 10. c. 11. post quaestores nominantur in sententia Ciceronis: *Senatui placere, inquit, Q. Hortensium, proconsulem, cum quaestoribus, proue quaestoribus, et legatis suis provinciam Macedoniam obtinere, quoad ei ex senatus consulto successum sit.* Quod si legati praetores antea fuerint, plus videtur eis proconsul tribuere debere, quam quaestoribus. vide epist. 15.

*Et quaestor tuus*] Amplificat sententiam iteratio verbi, ut epist. 7. *A tribuno plebis, et a Curione tribuno.*

*Promptos*] In agendo.

*Non indifertor*] In dicendo.

*Terrores*] Poterat enim audax tribunus plebis lege lata quem vellet eicere: quod ipse Cicero sentierat, pulsus a Clodio tribuno plebis.

*Praebuerit*] In administranda provincia, cum tu decesseris. lib. 5. epist. 18. *Te colligas, virumque praebeas.* et lib. 8. ad Attic. epist. 4. *Superbum se praebuit in fortuna, quam putavit nostram fore.* et lib. 15. ad eundem epist. 16. *Me libenter praebere credulum.*

*Ex aliqua parte*] Quandoquidem tu eum provinciae praefeceris.

*Offenderit*] Peccaverit. ut lib. 9. epist. 2. *Quis est tam lynceus, qui tantis tenebris nihil offendet?* et ad Lentulum lib. 1. epist. 7. *Si cecidisset, ut volumus et optamus, omnes te et sapienter, et fortiter; sin aliquid esset offensum, eosdem*

*illos, et cupide, et temere fecisse, dicturos.* Vide quae diximus lib. 5. epist. 14.

*Sibi totum*] Tu enim alienam culpam praestare non debes.

*Nihil tibi offenderit*] Leporis ac venustatis aliquid est iterato verbo *offenderit*. quale illud epist. 11. *Quidquid erit, tibi erit.* Et lib. 6. epist. 6. *Quidquid valebo vel auctoritate, vel gratia, valebo tibi.*

*Quae mihi veniebat in mentem*] Hic quidem cum nominandi casu: ut etiam in Terentii Phorm. Act. 4. Sc. 3. v. 47.

— *Mihi veniebat in mentem eius incommodum.*

Cum generandi autem casu, lib. 7. epist. 3. *Solet in mentem venire illius temporis.* Et lib. 5. de Fin. c. 1. *Venit mihi Platonis in mentem.* Alibi, nullo casu adiuncto, cum appendice alterius verbi, tribus modis. Pro Roscio Amerino c. 27. *Simul tibi in mentem veniat, facito, quemadmodum vitam huiusce depinxeris.* In Diuin. c. 8. *In mentem tibi non venit, quid negotii sit, causam publicam sustinere?* Plautus in Mil. Act. 4. Sc. 8 v. 48.

*Cum venit in mentem, mores ut mihi mutandi sent.*

Animaduertimus, et dandi casum quandoque omissum, ut apud Terentium in Eun. Act. 3. Sc. 2. v. 45.

*Et illud de Rhodio dictum cum in mentem venit.*

Et Virgilius lib. 4. Aen. v. 39.

*Cum venit in mentem, quorum confederis arvis?*

Et Plautus loco proxime recitato.

*In Ciliciam*] Erat igitur in Asia; cuius tres dioeceses provinciae suae attributas esse, scri